

G. & pacem in Christo. Rarius ad Te scribo, Mi Jacobe neque literis tuis respondeo ut forte velles, sed spero te facere hoc ipsum æqui & boni, sciens meam variam conditionem negotiorum, laborum, ætatis & tentationum. Deinde quod cogitem nihil esse opus tibi literis meis, abunde alias a Deo donatus, ut ipse possis gubernare & consolari, tum te tum omnes, in hoc seculo pessimo, tanta ingratitude & contemptu verbi salutaris obruto. Sed de his satis. Cæterum duo ex inferiore Germania fratres optimi et docti. (*) Sed nos undique pauperibus obruimur ipsi pauperes satis, tamen statueramus ambos alere, pro facultate. Verum cum propter linguam (**) hic utiles esse non possint, visum est Domino Philippo, ut alterum ad vos mitteremus, si forte (ut putat) apud vos vacet locus ministerii, ne otiosi esse cogantur, simul quod

VOS

(*) Es hat vielleicht Lutherus in Eile hier die Worte, ad nos venerunt, vergessen, denn weil er mit vieler Arbeit überhäuffet war, so konte er seine Briefe nicht allemahl nachlesen.

(**) Nämlich linguam Westphalicam, als worinn damals die Prediger noch in Nieder, Sachsen und Westphalen predigten.